

certum sagittam dirigens: et casu percussit regem israel inter pulmonem et stomachum. At ille dixit aurige suo. verte manum tuam: et eijce me de exercitu: quia grauer vulneratus sum. **Commissum est ergo prelium in die illa. Et rex israel stabat in curru suo contra syros. Et mortuus est vespere. Pluebat autem sanguis plage in sinu currus et prece insonuit in vniuerso exercitu antequam sol occuberet dicens. Unusquisque reuertatur in ciuitatem et in terram suam. Mortuus est autem rex: et perlatus est in samariam. Sepelieruntque regem in samaria: et lauerunt currum eius in piscina samarie: et lincerunt canes sanguinem eius. Et habenas lauerunt iuxta verbum domini. quod locutus fuerat. Reliqua autem sermonum achab et vniuersa que fecit: et domus eburnea quam edificauit cuctarumque vrbium que destruxit nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel? Dormiuit ergo achab cum patribus suis et regnauit ochosias filius eius pro eo. Josaphat vero filius asa regnare cepit super iudam anno quarto achab regis israel. Triginta quinquaginta annorum erat cum regnare cepisset: et viginti quinquaginta annis regnauit in hierusalē. Nomen matris eius azuba filia salai. Et ambulauit in omni via asa patris sui. et non declinauit ex ea. Fecitque quod rectum est in conspectu domini: verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit iosaphat cum rege israel. Reliqua autem verborum iosaphat et opera eius que gessit et prelia nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus asa patris eius abstulit de terra. Hec erat tunc rex constitutus in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes in mari quenauiarent in ophir propter aurum et ire non poterant: quia confracte sunt in asyongaber. Tunc ait ochosias filius achab ad iosaphat. Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit iosaphat. Dormiuitque iosaphat cum patribus suis: et sepultus est cum eis in ciuitate dauid patris sui: regnauitque ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius achab regnare cepit super israel in samaria anno septimo decimo iosaphat regis iuda: regnauitque super israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini: et ambulauit in via patris sui et matris sue: et in via hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel. Seruiuit quoque baal et adorauit eum: et irritauit dominum deum israel: iuxta omnia que fecerat pater eius.**

Explicit primus liber malachim id est. Regum tertius. Incipit secundus liber Malachim. id est quartus regum. Capitulum. I

Reuarica

tus est autem moab in israel pro quibus mortuus est achab: Ceciditque ochozias pro cancellos cenaculi sui: quod habebat in samaria et egrotauit: misitque nuncios dicens ad eos:

Pro te consulite beelzebub deum accaron: utrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad heliam thesbyten dicens. Surge ascende in occursum nunciosum regis samarie: et dices ad eos. Numquid non est deus in israel: ut eatis ad consulendum beelzebub deum accaron? Quamobrem hec dicit dominus. De lectulo super quem ascendisti non descendes: sed morte morieris. Et abiit helias: reuersique sunt nuncios ad ochosiam. Qui dixit eis. Quare reuersi estis? At illi responderunt ei. Vir occurrit nobis: et dixit ad nos. **Ite et reuertimini ad regem qui misit vos: et dicetis ei. Hec dicit dominus. Numquid quia non erat deus in israel: mittis ut consulatur beelzebub deus accaron. Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes: sed morte morieris. Qui dixit eis. Cuius figure est et habitus vir qui occurrit vobis et locutus est verba hec? At illi dixerunt. Vir pilosus et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait. Helias thesbytes est. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis ait. Homo dei rex precepit ut descendas. Respondensque helias: dixit quinquagenario. Si homo dei sum descendat ignis de celo: et deuoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de celo: et deuorauit eum et quinquaginta qui erant cum eo. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum: et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi. Homo dei: hec dicit rex. Festina descende. Respondens helias ait. Si homo dei ego sum: descendat ignis de celo et deuoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo et deuorauit illum et quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium tertium: et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset: curauit genua contra heliam et precatus est eum et ait. Homo dei noli despicer animam meam: et aias seruatorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de celo et deuorauit duos principes quinquagenarios primos et quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro ut miserere anime mee. Locutus est autem angelus domini ad heliam dicens. De-**

scende cum eo. **Ne timeas.** Surrexit igitur et descendit cum eo ad regem: et locutus est ei. **Hec dicit dominus.** Quia misisti nuncios ad consulendum beelzebub deum accaron quasi non esset deus in israel a quo posses interrogare sermonem: ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris. **Mortuus** est autem iuxta sermonem domini quem locutus est helias: et regnavit iozabam frater eius pro eo: anno secundo iozabam: filij iosaphat regis iude. **Non enim habebat filium.** Reliqua autem verborum ochozie que operatus est nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel.

Actum est autem cum leuare vellet dominus heliam per turbinem in celum: ibat helias et heliseus de galgalis. **Dixitque** helias ad heliseum. **Sede hic:** quia dominus misit me usque in bethel. **Cui ait heliseus.** **Viuit dominus et viuit anima tua:** quia non derelinquam te. **Cumque** descendissent bethel: egressi sunt filij prophetarum qui erant in bethel ad heliseum et dixerunt ei. **Numquid nosti quia hodie dominus tollet dominum tuum a te?** **Qui respondit.** **Et ego noui.** **Silete.** **Dixit autem helias ad heliseum.** **Sede hic quia dominus misit me in hiericho.** **Et ille ait.** **Viuit dominus et viuit anima tua:** quia non derelinquam te. **Cumque** venissent hiericho accesserunt filij prophetarum qui erant in hiericho ad heliseum: et dixerunt ei. **Numquid nosti: quia dominus hodie tollet dominum tuum a te?** **Et ait.** **Ego noui.** **Silete.** **Dixit autem ei helias:** **Sede hic:** quia dominus misit me usque ad iordanem. **Qui ait.** **Viuit dominus et viuit anima tua quia non derelinquam te.** **Ierunt igitur ambo pariter: et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos.** **Qui et steterunt e contra iordanem.** **Illi autem ambo stabant super iordanem.** **Tulitque** helias pallium suum et inuoluit illud: et percussit aquas que diuise sunt in vtraque partem: et transierunt ambo per siccum. **Cumque** transissent helias dixit ad heliseum. **Postula quod vis: ut faciam tibi antequam tollar a te.** **Dixitque** heliseus. **Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.** **Qui respondit.** **Re difficile postulasti.** **Atque si videris me quando tollar a te: erit quod petisti.** **Si autem non videris: non erit.** **Cumque** pergeret et incedentes sermocinarent: ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt vtrumque. **Et ascendit helias per turbinem in celum: heliseus autem videbat et clamabat.** **Pater mihi per mihi currus israel et auriga eius.** **Et non vidit eum amplius.** **Appreheditque** vestimenta sua: **et scidit illa in duas partes.** **Et leuauit pallium helie quod ceciderat ei.** **Reuersusque** stetit super ripam iordanis et pallio helie quod ceciderat ei percussit aquas et non sunt diuise. **Et dixit.** **Ubi est deus helie etiam nunc? Percussitque** aquas: et diuise

sunt huc atque illuc: et transiit heliseus. **Videntes autem filij prophetarum qui erant in hiericho decem contra dixerunt.** **Requirit spiritus helie super heliseum.** **Et venientes in occursum eius adorauerunt eum proni in terra: dixeruntque illi.** **Ecce cum suis tuis sunt quinquaginta viri fortes: qui possunt ire: et querere dominum tuum: ne forte tulerit eum spiritus domini et perierit in vnum montium aut in vna vallium.** **Qui ait.** **Nolite mittere.** **Coegeruntque** eum: donec acquiesceret et diceret. **Mittite.** **Et miserunt quinquaginta viros.** **Qui cum quesissent tribus diebus: non inuenerunt.** **Et reuersi sunt ad eum.** **At ille habitabat in hiericho: et dixit eis.** **Numquid non dixi vobis: nolite mittere.** **Dixerunt quoque viri ciuitatis ad heliseum.** **Ecce habitatio ciuitatis huius optima est sicut tuispe domine: prospicis: sed aque pessime sunt: et terra sterilis.** **At ille ait.** **Afferte mihi vas nouum: et mittite in illud sal.** **Quod cum attulissent: egressus ad fontem aquarum misit in illud sal: et ait.** **Hec dicit dominus.** **Sanauit aquas has: et non erit ultra in eis mors neque sterilitas.** **Sanate sunt ergo aque usque ad diem hanc: iuxta verbum helisei quod locutus est.** **Ascendit autem inde heliseus in bethel.** **Cumque** ascenderet per viam pueri qui egressi sunt de ciuitate: et illudebant ei dicentes. **Ascende calue: ascende calue.** **Qui cum respexisset vidit eos: et maledixit eis in nomine domini.** **Egressique** sunt duo vasi de saltu et lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. **Abijt autem inde in montem carmeli: et inde reuersus est in samaria.**

Ioram vero filius achab regnavit super israel in samaria: anno decimo octavo iosaphat regis iude. **Requiritque** duodecim annis: et fecit malum coram domino: sed non sic prorsus et iniquus. **Tulit enim** statuas baal quas fecerat pater eius: verumtamen in peccatis hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel adhefit nec recessit ab eis. **Porro** mesa rex moab nutriebat pecora multa: et soluebat regi israel centum milia agnorum et centum milia arietum cum velleribus suis. **Cumque** mortuus fuisset achab: peraricatus est fedus quod habebat cum rege israel. **Egressus est igitur rex iozabam in die illa de samaria: et recensuit vniuersum israel: misitque** ad iosaphat regem iuda dicens. **Rex moab recessit a me: veni mecum contra eum ad bellum.** **Qui respondit.** **Ascendat.** **Qui me est tuus est: plus meus plus tuus: et equi mei equi tui.** **Dixitque.** **Per quam viam ascendemus?** **At ille respondit.** **Per desertum idumee.** **Perrexerunt igitur rex israel et rex iuda et rex edom: et circumierunt per viam septem dierum: nec erat aqua exercitui: et iumentis que sequebantur eos.** **Dixitque** rex israel. **Deus heu heu congregauit nos dominus tres reges: ut traderet in manu moab.** **Et ait iosaphat.** **Est ne hic propheta domini: ut decipemur dominum pro eum.** **Et re-**

A. 1. 1. 3. de ioseph. c. 19. vnde fundatur iosephus salis

spōdit vnus de seruis regis israel. Est hic heliseus filius saphar qui fundebat aquā super manus helie. Et ait iosaphat. Est apud eum sermo dñi. Descenditq; ad eum rex israel et iosaphat rex iuda et rex edom. Dixit autē heliseus ad regem israel. Quid mihi et tibi est? Gade ad prophetas patris tui et matris tue. Et ait illi rex israel. Quare cōgregauit dñs tres reges hos vt traderet eos in manū moab. Dixitq; ad eum heliseus. Viuit dñs exercituum in cuius conspectu sto: q; si non vultum iosaphat regis iude erubescerem: non attēdissem quidē te: nec resperissem. Nunc autē adduci te mihi psaltem. Cūq; caneret psaltes: facta est sup eum manus domini. Et ait. Hec dicit dominus. Facite alueum torretis huius fossas et fossas. Hec enim dicit dñs. Nō videbitis ventum neq; pluuiam: et alucus iste replebitur aquis: et bibetis vos et familie vestre et iumenta vestra. Parumq; est hoc in conspectu domini in super tradet etiaz moab in manus vestras. Et percutietis omnem ciuitatē munitam et omnem urbem electam: et vniuersum lignum fructiferum succidetis cūctosq; fontes aquarum obturabitis et omnem agrū egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane quādo sacrificium offerri solet: et ecce aque veniebāt p viam edom. Et repleta est terra aq̄s. Vniuersi autē moabite audiētes q; descendissent tres reges vt pugnarent ad / uersum eos: puocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desup et steterunt in terminis. Primosq; mane surgentes: et orto iam sole ex aduerso aquarum viderunt moabite contra aquas rubras quasi sanguinem: dixeruntq;. Sanguis gladij ē. Pugnaverūt reges cōtra se et celi sunt mutuo. Nūc pge ad pdā moab. Perreuerūtq; ad castra isrl. Porro psurgēs isrl pcussit moab: et illi fugerūt corā eis. Venerūt igit q; vicerāt: et pcusserūt moab et ciuitates destruxerūt: et oēm agrū optimū mittētes singuli lapides repleuerūt: et vniuersos fontes aquarū obturauerūt: et oia ligna fructifera succiderūt: ita vt muri tñm fictiles remanerent. Et circūdata ē ciuitas a fundibularijs: et magna ex pte pcussa. Quō cum vidisset rex moab pualuisse. s. hostes tulit secū septingentos viros educētes gladios vt irrūperent ad regē edom: et nō potuerūt. Arripiensq; filium suū p̄mogenitū q; regnatur⁹ erat p eo obtulit holocaustū sup murū: et facta ē indignatio magna in isrl. Statimq; recesserūt ab eo: et reuēsi sunt in terrā suā.

III
Quier autē quedā de vxorib⁹ ppheta-
rum: clamabat ad heliscū dicens. Ser-

uus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti qz seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruum sibi. Qui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Sic mihi. Quid habes in domo tua? At illa respondit. Nō habeo ancilla tua quicq; in domo mea nisi parum olei q; vngar. Cui ait. Gade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca: et ingredere et claude ostiū tuū cū intrinsec⁹ fuerit tu et filij tui et mitte inde in omnia vasa hec: et cū plena fuerint tolles. Fuit itaq; mulier et clausit ostium sup se et sup filios suos. Illi offeriebant vasa et illa infundebat. Cūq; plena fuissent vasa dixit ad filiū suū. Affer mihi adhuc vas. Et ille rēdit. Nō habeo. Stetitq; oleū. Venit autem illa et indicauit hoi dei. Et ille. Gade inquit vende oleū et redde creditori tuo: tu autē et filij tui viuite dereliq;. Facta ē autē quedam dies: et trāsibat heliseus p sunā ciuitatē. Erat autē ibi mulier magna: q; tenuit eū vt comederet panem. Cūq; frequēter inde trāsiret: diuertebat ad eam vt comederet panē. Que dixit ad virum suū. Aduerto q; vir dei sc̄tus est iste: qui transit p nos frequēter. Faciam⁹ ergo ei cenaculū puum: et ponam⁹ ei in eolectulū et mensam et sellā et candelabū: vt cum venerit ad nos maneat ibi. Facta ē ergo dies quedā: et veniēs diuertit in cenaculū: et requieuit ibi. Dixitq; ad giezi puerū suū. Voca sunamitē istā. Qui cū vocasset eā et illa stetisset coram eo. dixit ad puerū suū. Loquere ad eā. Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis: qd vis vt faciam tibi? Nunquid habes negociū et vis vt loquar regi siue p̄ncipi militie? Que rēdit. In medio ppli mei habito: et ait. Quid ergo vult vt faciā ei? Dixitq; giezi. Ne queras. Filiū eū nō habet: et vir ei⁹ senex ē. Precepit itaq; vt vocaret eā. Que cum vocata fuisset et stetisset ante ostium: dixit ad eam. In tempe isto et in hac eadem hora si vita comes fuerit: habebis in vtero filium. At illa rēdit. Noli queso dñe mi vir dei. noli mentiri ancille tue. Et cōcepit mulier et pepit filiū in tēpore et in hora eadē qua dixerat heliseus. Creuit autem puer: et cū esset quedā dies et egressus islet ad p̄rem suū ad messores: ait p̄ri suo. Ca / put meū doleo. At ille dixit puero. Tolle: et duc eum ad matrē suam. Qui cum tulisset et adduxisset eū ad matrē suā: posuit eū illa sup genua sua vsq; ad meridiē: et mortu⁹ ē. Ascendit autē et collocauit eum sup lectulū hoi dei et clausit ostiū. Et egressa vocauit virum suū. Et ait. Mitte mecū vnū obsecro de pueri et asinā vt excurrā vsq; ad hoiem dī: et reuertar

Qui ait illi. Quā obcausam vadis ad eū? Ho-
die nō sunt kalende neq; sabbatū. Querēdit
Gadā. Strauitq; asinū z pcepit puero. **A**si-
na z ppera: ne mibi morā facias in eundo: et
hoc age qđ pcpio tibi. Profecta est igitur: z
venit ad virū dei in montē carmeli. Cūq; vi-
disset eam vir dei decontra ait ad giezi puez-
suum. Ecce sunamitis illa. **V**ade ergo in oc-
cursum eius z dic ei: Recte ne agis circa te et
circa virū tuum: z circa filiū tuū? Querēdit
Recte. Cūq; venisset ad virū dei in montem
apprehendit pedes ei: z accessit giezi vt amo-
ueret eā. **E**t ait homo dei. Dimitte illā. **A**ni-
ma eñ eius in amaritudine ē: z dñs celauit a
me z nō indicauit mibi. **Q**ue dixit illi. Nun-
quid pctiui filiū a dño meo? Nunquid nō dixi
tibi: ne illudas me? **E**t ille ait ad giezi. Accin-
ge lumbos tuos: z tolle baculum meū in ma-
nu tua z vade. **S**i occurrerit tibi hō non salu-
tes eum: z si salutauerit te quispiā: nō respō-
deas illi. **E**t pones baculū meū sup faciē pue-
ri. **P**orro mater pueri ait. **V**iuu dñs z viuuit
anima tua: non dimittā te. **S**urrexit g z secu-
tus est eā. **G**iezi aut pcesserat añ eos: z posu-
erat baculū sup faciem pueri: z non erat vox
neq; sensus. **R**euerfusq; ē in occursum eius z
nūciauit ei dicens. **N**ō surrexit puer. **I**ngres-
sus ē ergo heliseus domū: z ecce puer mortu-
us iacebat in lectulo ei. **I**ngressusq; clausit
ostium sup se z sup puerum: z orauit ad dñm
Et ascendit z incubuit sup puerum: posuitq;
os suum sup os ei: z oculos suos super ocu-
los eius: z manus suas sup manus eius: z in-
curuauit se super eū: z calefacta est caro pue-
ri. **A**t ille reuersus deambulauit in domo se-
mel huc atq; illuc: z ascēdit z incubuit super
eū. **E**t oscitauit puer septies: aperuitq; ocu-
los. **E**t ille vocauit giezi z dixit ei. **V**oca su-
namitem hāc. **Q**ue vocata ingressa est ad eū
Qui ait. **T**olle filiū tuū. **V**enit illa et corruit
ad pedes eius: z adorauit sup terrā. **T**ulitq;
filiū suum z egressa ē: z heliseus reuersus ē in
galgalā. **E**rat aut fames in terra: z filij ppheta-
rū habitabant corā eo: dixitq; vni de pueri
suis. **P**one ollam grandē: z coque pulmētū
filij pphetaz. **E**t egressus est vnus in agrū
vt colligeret herbas agrestes. **I**nuenitq; qđ
vitez siluestre: z collegit ex ea coloquintidas
agri z impleuit pallium suū: z reuersus con-
scidit in ollam pulmenti. **N**esciebat eñ quid
esset. **I**nfuderunt ergo locijs vt comederent.
Cūq; gustassent de coctione: exclamauerunt
dicentes. **A**hors in olla vir dei. **E**t nō potue-
runt comedere. **A**t ille. **A**fferte inq; farinam
Cūq; tulissent: misit in ollam et ait. **I**nfun-
de turbe vt comedant. **E**t nō fuit amplius qđ

qđ amaritudinis in olla. **V**ir aut quidam ve-
nit de balsalifa deferens viro dei panes pmi-
tiarū: z viginti panes hordeaceos: z frumen-
tum nouum in pera sua. **A**t ill dixit. **V**a poi-
pulo vt comedat. **R**espōditq; ei minister ei.
Quātū ē hoc vt apponā corā centū viri. **R**ur-
sum ille. **V**a ait ppo vt comedat. **H**ec eniz di-
cit dñs. **L**omedent: z supererit. **P**osuit ita-
q; coram eis. **Q**ui comederūt z supfuit iuxta
verbū dñi. **V**

Namaan princeps militie regis syrie
erat vir magnus apud dñm suum: et
honoratus. **P**er illum eñ dedit dñs
salutem syrie. **E**rat aut vir fortis z diues: sed
leprosus. **P**orro de syria egressi fuerant la-
trunculi: z captiuā duxerant de terra isrl pu-
ellam puulam: que erat in obsequio yrois
naaman. **Q**ue ait ad dominā suam. **V**tinam
fuisset dominus meus ad pphetā qui est in sa-
maria: profecto curasset eum a lepra quā ha-
bet. **I**ngressus est itaq; naaman ad dominū
suum z nunciauit ei dicens. **S**ic z sic locuta
est puella de terra israel. **D**ixitq; ei rex syrie.
Vade: z mittam litteras ad regem isrl. **Q**ui
cum profectus esset z tulisset secum decem ta-
lenta argenti z sex milia aureos z decem mu-
tatoria vestimentorum: detulit litteras ad re-
gem israel in hec verba. **C**um acceperis epi-
stolam hanc scito qđ miserim ad te naamā ser-
uum meū vt cures eū a lepra sua. **C**ūq; legis-
set rex israel litteras: scidit vestimenta sua: et
ait. **N**ūquid deus ego sum: vt occidere pos-
sim z viuificare: quia iste misit ad me vt cu-
rem hominem a lepra sua? **A**nimaduerte et
videte quot occasiones querat aduersum me
Quod cum audisset heliseus vir dei: scidisse
videlicet regem israel vestimēta sua: misit ad
eum dicens. **Q**uare scidisti vestimenta tua?
Veniat ad me: z sciat esse pphetā in isrl. **V**e-
nit ergo naaman cum equis z curribus: z ste-
tit ad ostium domus helisei. **A**ditq; ad euz
heliseus nuncium dicens. **V**ade z lauare se-
pties in iordane: z recipiet sanitatem: caro tua
atq; mundaberis. **I**ratus naaman: recede-
bat dicens. **P**utabam qđ egredere ad me et
stans inuocaret nomen domini dei sui: z tan-
geret manu sua locū lepre z curaret me. **N**un-
quid nō meliores sunt abana z pharfar fluuij
damasci omnibus aquis terre israel: vt lauer
in eis z munder? **C**ū ergo vertisset se z abiret
indignans: accesserunt ad eū serui sui: z locu-
ti sunt ei. **P**at: z si rem gradē dixisset tibi p-
pheta: certe facere debueras. **Q**uātomag; qđ
nūc dixit tibi: lauare z mūdaberis. **D**escēdit
z lauit septies i iordane iuxta fmonē viri dei
z restituta est caro ei: sicut caro pueri puuli

et mundatus est. Reuersusque ad virum dei cum vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo: et ait. Vere scio quod non sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantum in israhel. Obsecro itaque ut accipias benedictionem a seruo tuo. Et ille respondit: vivit dominus ante quem sto: quia non accipias. Cumque vim faceret: penitus non acquieuit. Dixitque naaman. Et vis. Sed obsecro concede mihi seruo tuo: ut tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet servus tuus ultra holocaustum aut victimam dominis alienis: nisi domino. Hoc autem solum est de quo depreceris dominum pro seruo tuo quoniam ingredietur dominus meus templum remmon ut adoret: et illo innitente super manum meam: si adoravero in templo remmon adorante eo in eodem loco: ut ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei. Vade in pace. Abiit ergo ab eo: electo tempore. Dixitque giesi puer viri dei. Pepercit dominus meus naaman syro istum: ut non acciperet ab eo quod attulit. Vivit dominus quia curram post eum et accipiam ab eo aliquid. Et secutus est giesi post tergum naaman. Quam cum vidisset ille currentem ad se: desilivit de curru in occursum eius: et ait. Recte ne sunt omnia? Et ille ait. Recte. Dominus meus misit me ad te dicens. Mox venerunt ad me duo adolescentes de monte effraim: ex filiis prophetarum. Da eis talentum argenti: et vestes mutatorias duplices. Dixitque naaman. Melius est accipias duo talenta. Et coegit eum ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis: et duplicia vestimenta et imposuit duobus pueris suis: qui et portauerunt coram eo. Cumque venisset iam vespere: tulit de manu eorum: et reposuit in domo: dimisitque viros et abierunt: ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit heliseus. Unde venis giesi? Qui respondit. Non inivit seruus tuus quocumque. Et ille ait. Nonne cor meum in presentiarum: quoniam reuersus est homo de curru suo in occursum tuum? Nunc igitur accepisti argentum et accepisti vestes: ut emas oliueta et vineas et oves et boues et seruos et ancillas. Sed et lepra naaman adhaerebit tibi et semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

VI

Dixerunt autem filii prophetarum ad heliseum. Ecce locus in quo habitamus coram te angustus est nobis. Eamus usque ad iordanem et tollant singuli de silua materias singulas: ut edificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit. Ite. Et ait vnus ex illis. Veni ergo et tu cum seruis tuis. Respondit ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad iordanem: cederunt ligna. Cecidit autem: ut cum vnus materia succidisset: caderet ferrum securis in aquam. Exclamavitque ille et ait

Heu heu domine mihi et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei. Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Cecidit ergo lignum: et misit illuc. Natauitque ferrum. Et ait. Tolle. Qui extendit manum: et tulit illud. Rex autem syrie pugnabat contra israhel: consiliūque iniecit cum servis suis dicens. In illo loco et illo ponam insidias. Abiit itaque vir dei ad regem israhel dicens. Cave ne transeas in locum illum: quia ibi syri in insidiis sunt. Abiit itaque rex israhel ad locum quem dixerat ei vir dei et preoccupavit eum et observavit se ibi non semel neque bis. Conturbatumque est cor regis syrie pro hac re: et convocatis servis suis: ait. Quare non indicatis mihi: quis proditor mei sit apud regem israhel. Dixitque vnus fuorum eius. Nequaquam domine mi rex: sed heliseus propheta qui est in israhel indicat regi israhel omnia verba quaecumque locutus fueris in conclave tuo. Dixitque eis. Ite et videte vbi sit: ut mittam et capiam eum. Annuntiaveruntque ei dicentes. Ecce in dothaim. Abiit ergo illuc equos et currus et robur exercitus. Qui cum venissent nocte: circumdederunt civitatem. Consurgens autem diluculo minister viri dei egressus est: viditque exercitum in circuitu civitatis et equos et currus. Nuntiavitque ei dicens. Heu heu heu domine mi quid faciemus? At ille respondit. Noli timere. Plures enim nobiscum sunt: quam cum illis. Cumque orasset heliseus ait. Domine aperi oculos pueri huius ut videat. Et aperuit dominus oculos pueri: et vidit. et ecce mos plenus equorum et currum igneorum in circuitu helisei. Hostes vero descenderunt ad eum. Mox heliseus oravit ad dominum dicens. Percute obsecro gentem hanc cecitate. Percussitque eos dominus ne viderent: iuxta verbum helisei. Dixit autem ad eos heliseus. Non est hec via neque ista est civitas. Sequimini me et ostendam vobis virum quem queritis. Dixit ergo eos in samariam. Cumque ingressi fuissent in samariam dixit heliseus Domine aperi oculos istorum ut videant. Aperuitque dominus oculos eorum: et viderunt se esse in medio samarie. Dixitque rex israhel ad heliseum: cum vidisset eos. Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait. Non percuties. Neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo ut percutias. Sed pone panem et aquam coram eis: ut comedant et bibant: et vadant ad dominum suum. Aposita quoque est eis ciborum magna preparatio et comederunt et biberunt: et dimisit eos abieruntque ad dominum suum. Et ultra non venerunt latrones syrie in terram israhel. Factum est autem post hec congregavit benadab rex syrie vniuersum exercitum suum: et ascendit et obsidebat samariam. Facta quoque est fames magna in samaria: et tamdiu obfessa est donec

Regum

venundaret caput asini octoginta argenteis
et quarta pars tibi stercoreis colubaru[m] quoniam ar/
genteis. Cumque rex israel transiret per muru[m]: mul-
ier quedam exclamavit ad eum dicens. Salva me
domine mi rex. Qui ait. Non te saluet dominus. Unde
te possum saluare? De area vel de torculari?
Dixitque ad eam rex. Quid tibi vis? Rerun-
dit. Mulier ista dixit mihi. Da filiu[m] tuu[m] ut
comedamus eum hodie et filiu[m] meum comedemus
cras. Quomodo ergo filiu[m] meum et comedimus: di-
xique ei altera die. Da filiu[m] tuum ut comeda-
mus eum. Que abscondit filiu[m] suu[m]. Ad cum
audisset rex scidit vestimenta sua: et transibat
per muru[m]. Viditque omnis populus cilitiu[m] quo
vestitus erat ad carnes intrinsecus. Et ait rex.
Hec mihi faciat deus: et hec addat: si steterit
caput helisei filij saphat super ipsum hodie. He-
liseus autem sedebat in domo sua: et senes sede-
bant cum eo. Premisit itaque viru[m] et antequam ve-
niret nuncius ille dixit ad senes. Numquid sci-
tis quod miserit filius homicide huc ut precipiat cap-
ut meum? Videte ergo: ut cum venerit nunci-
us: claudite ostiu[m] et non sinatis eum introire. Ec-
ce enim sonitus pedum domini eius post eum est. Ad-
huc illo loquente eis: apparuit nuncius qui venie-
bat ad eum. Et ait. Ecce tantu[m] malu[m] a domino est.
Quid amplius expectabo a domino.

Dixit autem heliseus: Audite verbum domini
hec dicit dominus. In tempore hoc cras
modius simile vno statere erit: et duo
modij hordei statere vno in porta samarie. Re-
spondens vno de ducibus super cuius manum rex
incubebat homini dei ait. Si dominus fecerit etiam
cataractas in celo: nunquid poterit esse quod loqui-
ris. Qui ait. Videbis oculis tuis et inde non
comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iux-
ta introitu[m] porte: qui dixerunt ad invicem. Quid
hic esse volumus donec moriamur. Siue igre-
di voluerimus civitatem fame moriemur: siue
manserimus hic moriendu[m] nobis est. Venite ergo et
transugiamus ad castra syrie. Si pepererint
nobis viuemus: si autem occidere voluerint nobis
lominus moriemur. Surrexerunt ergo vesperi ut ve-
nirent ad castra syrie. Cumque venissent ad princi-
pium castroru[m] syrie nullus ibidem repererunt.
Siquidem dominus sonitu[m] audiri fecerat in castris
syrie curruu[m] et equorum: et exercitus plurimi.
Dixeruntque ad invicem. Ecce mercede conduxit
adversum nos rex israel reges bethcozu[m] et egi-
ptiozu[m]: et venerunt super nos. Surrexerunt ergo
et fugerunt in tenebris: et dereliquerunt tentoria
sua et equos et asinos in castris: fugeruntque ani-
mas suas saluare cupientes. Igitur cum ve-
nissent leprosi illi ad principiu[m] castroru[m] ingres-
si sunt vnu[m] tabernaculu[m]: et comederunt et bibe-
runt. Tuleruntque inde argentu[m] et aurum et ve-

stes: et abierunt et absconderunt. Et rursus ven-
si sunt ad aliud tabernaculu[m]: et inde similiter au-
ferentes absconderunt. Dixeruntque ad invicem.
Non recte facimus. Hec enim dies boni nuncij est.
Si tacuerimus et noluerimus nunciare vobis: mane
sceleris arguemur. Venite eamus et nunciemus
in aula regis. Cumque venissent ad portam civita-
tis narraverunt eis dicentes. Invenimus ad castra
syrie et nullu[m] ibidem reperimus hominem: nisi
equos et asinos alligatos: et fixa tentoria. Ve-
runt ergo portarum: et nunciaverunt in palatio re-
gis intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait ad ser-
vos suos. Dico vobis quid fecerint nobis syri.
Sciunt quia fame laboramus: et idcirco egressi
sunt de castris: et latitant in agris dicentes. Cum
egressi fuerint de civitate capiemus eos vi-
vos: et tunc civitatem ingredi poterimus. Respondit
autem vno servorum eius. Tollam quoniam equos qui
remanserunt in vobis: quia ipsi tantu[m] sunt in univer-
sa multitudine israel: alij enim consumpti sunt: et mit-
tentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo
duos equos: misitque rex in castra syrorum dicens.
Ite et videte. Qui abierunt post eos usque ad
iordanem. Ecce autem omnis via plena erat
vestibus et vasibus: que piecerant syri cum turba-
rent. Reversusque nuncij indicaverunt regi. Et
egressus ipse diripuit castra syrie: factusque est
modus simile statere vno: et duo modij hor-
dei statere vno iuxta verbum domini. Porro rex
ducem illum in cuius manu incubnerat consti-
tuit ad portam: quem conculcavit turba in intro-
itu porte et mortuus est: iuxta quod locutus fue-
rat vir dei quando descenderat rex ad eum. Factusque
est secundum sermonem viri dei: quem dixerat regi quan-
do ait: duo modij hordei statere vno erunt: et
modius simile statere vno hodie eodem tempore cras
in porta samarie: quoniam responderat dux ille vi-
ro dei et dixerat: etiam si dominus fecerit cataractas
in celo nunquid poterit fieri quod loquaris: et dixit
ei: videbis oculis tuis et inde non comedes. E-
venit ergo ei sicut predictu[m] erat: et conculcavit eum plus in
porta et mortuus est.

Heliseus autem locutus est ad mulierem
cuius vivere fecerat filius dicens. Sur-
ge: vade tu et domus tua: et pegrinare
vbi cumque repperis. Vocabit enim dominus famam
et veniet super terras septem annis. Que surre-
xit et fecit iuxta verbum hominis dei: et vades cum
domo sua: pegrinata est in terram philistinum:
diebus multis. Cumque finiti essent anni septem
reversa est mulier de terra philistinum. Et in-
gressa est: ut interpellaret regem pro domo sua
et pro agris suis. Rex autem loquebatur cum giesi
puero viri dei dicens. Narra mihi omnia ma-
gnalia que fecit heliseus. Cumque ille narraret
regi quod mortuum suscitasset: apparuit mu-

lier cui⁹ viuificauerat filiū clamās ad regē p
domo sua r pagris suis. **Dixitqz giezi.** Dñe
mi rex hec ē mulier: r hest filius ei⁹ quē susci-
tauit helise⁹. **Et interrogauit rex mulierē.** Que
narrauit ei vera esse. **Deditqz ei rex eunuchū**
vnū dicens. Restitue ei omnia que sua sunt: r
vniuersos reddat⁹ agroꝝ a die qua reliq̄t ter-
ram vsqz ad p̄sens. **Uenit quoqz heliseus da-**
mascum: r benadab rex syrie egrotabat. **Mū-**
ciauerūtqz ei dicētes. Uenit vir dei huc. **Et**
ait rex ad azabel. Tolle tecū munera r vade
in occursum viri dei r cōsule dñm p eū dicēs
Si euadere potero de infirmitate mea hac?
Uit igit azabel in occursum ei⁹ habēs secuz
munera r omnia bona damasci onera quadra-
ginta camelozū. **Cunqz stetit coram eo ait.**
Filius tuus benadab rex syrie misit me ad te
dicens. Si sanare potero de infirmitate mea
hac: **Dixitqz ei heliseus.** Vade dicci. **Sana-**
beris. **Porro ostēdit mihi dñs qz mortemo-**
rief. **Stetitqz cū eo r cōturbatus est vsqz ad**
suffusionē vultus. **Fleuitqz vir dei.** **Cui aza-**
bel ait. Quare dñs meus flet. **At ille respon-**
dit. Quia scio q̄ facturū sis filijs israel mala
diuitates eozū munitas igne succēdes: r iu-
uenes eozū interficies gladio: r puulos eozū
elides r pregnantēs diuides. **Dixitqz azabel**
Quid enī sum seru⁹ tu⁹ canis: vt faciā rē istā
magnā? **Et ait heliseus.** Ostēdit mihi dñs te
regē syrie fore. **Qui cuz recessisset ab heliseo:**
uenit ad dñm suū. **Qui ait ei.** Quid tibi dixit
heliseus: **At ille r̄dit.** Dixit mihi recipies sa-
nitatem. **Cūqz venisset dies altera: tulit stra-**
gulum r infudit aquā: r expandit sup faciem
eius. **Quo mortuo regnauit azabel p eo.** **An-**
no q̄nto iozā filij achab regis isrl regnauit io-
ram fil⁹ iosaphat rex iuda. **Trigintaduozū**
annozū erat cū regnare cepisset: r octo annis
regnauit in hierlū. **Ambulauitqz in vjs re-**
gum isrl: sicut ambulauerat dom⁹ achab. **Fi-**
lia enī achab erat vt or: ei⁹. **Et fecit qd maluz**
est in conspectu dñi. **Voluit aut dñs dispde-**
re iudam ppter dauid seruū suū: sicut pmise-
rat ei vt daret illi lucernā: r filijs ei⁹ cūcti die-
bus. **In diebus ei⁹ recessit edom ne esset sub**
iuda r cōstituit sibi regem. **Uenitqz iozā sey-**
ra r omis exercit⁹ cū eo. **Et surrexit nocte p-**
cussitqz idumeos q̄ eū circūdederāt: r princi-
pes curruū. **Popul⁹ aut fugit in tabernacla**
lua. **Recessit ergo edom ne esset sub iuda vsqz**
ad diem hanc. **Tū recessit r lobna in tēpe il-**
lo. **Reliq̄ aut s̄monū iozā r vnūsa que fecit:**
nōne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierum
iuda: Et dormiuit iozā cū p̄rib⁹ suis: sepult⁹
qz ē cū eis in ciuitate dauid: r regnauit ocho-
zias fil⁹ ei⁹ p eo. **Anno duodecimo iozā filij**

achab regis isrl: regnauit ochozias fil⁹ iozāz
regis iude. **Uigintiduozū anno: ū erat ocho-**
zias cū regnare cepisset: r vno anno regnauit
in hierlū. **Domē m̄ris ei⁹ athalia filia amri re-**
gis isrl: r ābulauit in vjs dom⁹ achab: r fecit
qd malū ē corā dño sic dom⁹ achab. **Gener ei**
dom⁹ achab fuit. **Abijt qz cū iozā filio achab**
ad p̄liandū cōtra azabel regē syrie in ramoth
galaad: r vulnerauerūt syri iozā. **Qui reuer-**
sus ē vt curares in iezrahel: qz vulnerauerūt
eū syri in ramoth p̄liantē cōtra azabel regem
syrie. **Porro ochozias fil⁹ iozā rex iuda de-**
scēdit inuisere iozā filiū achab in iezrahel: qz
egrotabat ibi.

IX
Helise⁹ aut pphetes vocauit vnū de
filijs pphetarū r ait illi. **Accinge lū-**
bostuos: r tolle lenticulaz olei hanc
in manu tua r vade in ramoth galaad. **Cūqz**
veneris illuc: videb iehu filium iosaphat filij
namsi. **Et ingressus suscitab eū de medio fra-**
trū suozū r introduces in interi⁹ cubiculū: te-
nenesqz lenticulā olei fūdes sup caput ei⁹ r di-
ces. **Hec dicit dñs.** **Unxi te regē sup isrl.** **Ape-**
rielsqz ostiū r fugies: r nō ibi subsistes. **Abijt**
q̄ adolescens puer pphete in ramoth galaad
r ingressus ē illuc. **Ecce aut principes exerci-**
tus sedebāt. **Et ait.** **Uerū mihi ad te o prin-**
ceps. **Dixitqz iehu.** **Ad quē ex oib⁹ nob⁹?** **At**
ille dixit. **Ad te o p̄nceps.** **Et surrexit: r igres-**
sus ē cubiculum. **At ille fudit oleū sup caput**
eius. **Et ait.** **Hec dicit dñs de⁹ isrl.** **Unxi te r**
gem sup plm dñi isrl: r pcuties domū achab
dñi tui. **Et vlciscar sanguinē seruoꝝ meozūz**
pphetarū: r sanguinē oim seruoꝝ dñi iſb ma-
nu iezrahel: perdamqz oēm domū achab. **Et i-**
terficiā de domo achab mingentē ad pietē et
clausum r nouissimū in isrl. **Et dabo domuz**
achab sic domū hieroboā filij nabath: r sicut
domū baasa filij achia. **Iezabel qz comedent**
canes in agro iezrahel: nec erit q̄ sepeliat eam
Apuitqz ostiū r fugit. **Iehu at igressus ē ad**
puos dñi sui. **Qui dixerūt ei.** **Rectene sūt oia**
Quid venit isan⁹ iste ad te? **Qui ait eis.** **Pro-**
stis hoiez: r qd locut⁹ sit? **At illi r̄dēt.** **Fal-**
sum ē: s̄ magi narr a nob. **Qui ait eis.** **Hec et**
hec locut⁹ ē mihi. **Et ait.** **Hec dicit dñs.** **Unxi**
te regē su p isrl. **Festinauerūt itaqz r vnu squil-**
qz tollēs palliū suū posuerūt sub pedib⁹ ei⁹ in
silitudinē tribunalis: r cecinerūt tuba atqz ds-
perūt. **Regnabit iehu.** **Cōiurauit q̄ iehu fil⁹**
iosaphat filij nāsi p̄tra iozā. **Porro iozā obsē-**
derat ramoth galaad: ipe r ois isrl p̄tra asa-
bel regē syrie: r reūsus fuerat vt curares in ie-
zrahel pp̄ vulnera: qz pcusserāt eū syri p̄liā-
tem p̄tra azabel regē syrie. **Dixitqz iehu.** **Si**
placet vob nemo egrediat⁹ pfug⁹ de ciuitate

Regum

